UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

**Varennius, Joannes**

**Basileae, 1536**

**VD16 V 385**

Appendix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

λος σοι εἶπε περὶ ἐμοῦ; tu à teipſo hoc dicis, an alij tibi dixerũt de me? Lucian. in Apologia: ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λελεκταί σοι. ἑαυτὸν dixit, pro σεαυτόν. cum Latini ſolum in tertia perſona ſeruent hanc conſtructionem, id eſt, ſui, ſibi, ſe, à ſe: quod ſicut caret nominatiuo, ita & Græca reciproca compoſita.

Caret etiam nominatiuo hoc nomen ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, & ſimilem habet cum pronominibus conſtructionẽ, in omni perſona, eo modo quo Latinis inuicem, ſiue inter, cum accuſatiuo. φιλεῖν ἀλλήλους, inuicem amare, uel inter ſe ſe amare. ἀλλήλους ἐλεοῦμεν, nos noſtri inuicem miſeremur, nos noſtri inter nos miſeremur. ἀλλήλους χαρίζεσθε, inuicem uobis indulgetis. ἀλλήλους ἀπολαύουσι, inuicẽ ſe potiuntur. Si uero componatur cũ præpoſitione, habebit nominatiuum, ἐπάλληλα, διάλληλα, uerum tunc non recipit conſtructionem reciprocam.

APPENDIX.

Frequens eſt apud Poëtas in prono minibus

minibus, perſonarum & numerorũ mutatio. Perſonarum, σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείσσαι, pro ὑμέτερον. τίς τ᾽ ἄρ σφωε, pro αὐτώ. Numeri, ἀτρείδη νῶϊ ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω, pro ἡμᾶς.

APPENDIX.

Conſtruuntur etiam pronomina aduerbiorum loco, ut τοῦτά τοι, ταῦτ᾽ ἄρα, ταῦτα δὲ, ταῦτα δὴ, id eſt, pinde, ad hæc, præterea. In omnibus his ſubaudit̃ præpoſitio διά. ταύτῃ, hoc pacto, hac ratione, hac de cauſa, ideo. ταύτῃ τοι, itaq;, propter hoc. ταύτῃ, ὅπῃ, ubi ſimul ponuntur, ualent, οὕτως, ὅπως. ἔστω ταύτῃ, ὅπῃ ὑπολαμβάνεται, ſit ſic, utut creditur.

## SYNTAXIS ARTICVLORVM PRAEPOSITIVORVM.

### OFFICIVM ARTICVLOrum in oratione.

ARTICVLVS præpoſitiuus in oratione, certi alicuius præcogniti mentionem fieri denotat, ut ſi qs